prout utilitati monasterii nostri expediret, ob salutem anime sue dignaremur misericorditer ordinare. Nos igitur eiusdem domini Iohannis Kutzleve humilitate ac devotione visa et approbata, habita super ea deliberatione de consilio discretorum virorum et seniorum nostri conventus ante dictum mansum donavimus et appropriamus altari in honore sancte Marie Magdalene in dicto monasterio dedicato, de consensu capituli nostri temporibus perpetuis irrevocabiliter adherere atque fructus seu proventus saepe dicti mansi a quolibet rectore dicti altaris omnibus et singulis annis percipi et in usum suum converti libere debere, ita tamen quod quicumque fuerit pro tempore rector eiusdem altaris de memorato manso XI solidos usualium denariorum predicto magistro charitatum omnibus et singulis annis pro suo censu persolvere debebit. In cuius rei evidens testimonium presentes litteras nostro sigillo maiori una cum sigillo capituli duximus roborari. Datum anno domini MCCCLXVII sabbato proximo ante dominicam qua cantatur misericordia domini infra septuagesimam. Testes huius rei sunt religiosi et discreti viri dominus Bernardus de Ditvorde prior, Henningus Czervest noster capellanus ac conventualis monasterii prememorati, Otto de Barstorp noster notarius ac ceteri quam plurimi fide digni.

*Abschrift im Privilegienbuche S. 328—330 mit der Ueberschrift: Prester de uno manso. in cap. E VI.*

---

## 1367. 222.

*Dietrich, Abt zu Berge, kauft von Anno, Abt des Klosters Königslutter, 21 Hufen in Santersleben.*

*Chron. Bergense ap. Meibom Scr. rer. Germ. III, 305.*

---

## 1368, Januar 21. 223.

*Das Kloster Berge verpflichtet sich, dem Siechenhause in Magdeburg wöchentlich sechs Brode zu geben.*

Wir Thyderic von der gnade gottes abt, Bernhardt prior und de convent gemeine des closters sunte Iohannis baptiste tho Berge vor der stadt tho Magdeburgk bekennen opelicken in dyssen breve vor allen luden, dat wye unde alle unse nakomen eweliken scholen unde willen alle wekelikes den armen luden, den sekenluthen der stadt tho Magdeborch geven sess unser provennde broth dorch gott mit gudeme willen. Des tho urkunde hebbe wie eyndrechtliken unse ingesegell des abbatis und des gemeinen convents an diesen breff gehengen laten, na unses herrn Christi geborth drithteyn hundert iar in deme achte und sessigesten iare in sunte Agneten dage der heyligen iungkfrawen.

*Abschrift im Weissen Buche S. 101.*

---

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id358202132/190